

cientis & clamantis simul, *Mibi, Mibi, ô Deus esto propitius*. Qvis enim
hic non videt Desiderium Gratiae serium & sincerum, quo Publica-
nus in propitiatoriovitam & remissionem peccatorum tuorum quæ-
rit, & Esto suum ingemiscit? Desiderium vero dum dicimus, Noti-
tiam & Ad sensum, quem presupponit, non excludimus. Ignoramus
nulla cupido, nullum desiderium. *Res non audit a non potest credi*.
Rom. X, 14. Nec istud desiderare possumus, cui adsensum denega-
mus. Desiderium Fidei Justificantis sequitur Adprehensio, Adpre-
hensionem Adpropriatio. Circa utramque strenue occupatus est Pu-
blicanus Noster, & Ore manuque ex Fonte Salutis Gratiam Dei abun-
dantissimam infuse derivare laborat. Ore adprehendit istam avi-
dissimè sibi in individuo & *Mibi, Mibi* supplicat; Manu Ostium qua-
si Cordis sui aperit & disquirit, Donumque Remissionis gratiosissi-
mum adpropriari sibi, & cum Sponsa Christi, eum quem anima sua
diligit, in lectulum suum & conclave Matris sue introducere cupit,
Cant. III, 1. 4. Fiduciam Statio & Oratio Publicani firmiter probant,
Illam namque si non habuisset in corde, non stetisset, sed fugisset, nec
ad gratiam adpellasset, nec exspectasset illam tantam modestiam & hu-
militatem, quam Christus in sententia sua decisivâ depraedicat. Et
respectu horum actuum Paulus Fidem πληροφορίαν h.e. certam & in-
motam animi de salute nostra persuationem, quam plenis quasi velis
(à navibus ductâ metaphorâ) Homo credens ad eam rem, quam confi-
dit, fertur & vehitur, Rom. IV, 21. Col. II, 2. Et huic Fidei soli adscri-
bitur ille Effectus, qui dicitur Justitiae & salutis acquisitio, Matth. IX,
2. 22. Rom. III, 26. Gal. II, 16. Adscribitur autem Fidei hoc ipsum,
non ex merito quodam, sive de conformitate, aliove operis intuitu,
sed ex merita gratia, ut Paulus insigniter deducit. Rom. IV, commate
1. & seq. Eph. II, 8. 9. & alibi. Nam Fides quam creditur ipseque fidei ju-
stificantis actus manet instrumentum, nec aliter in ipso actu imputa-
tionis attenditur, quam instrumenti intuitu, quod ex parte Homini
necessarium est & justitiam imputatam adprehendit. Sola autem
Fides, quam creditur, sive Fidei justificantis Objectum, Meritum,
nempe Christi, imputatur nobis ob premium & valorem. Et hoc est,
quod Theologi intendunt, dum Fidem Justificantem non ad prædi-
camentum Quantitatis aut Qualitatis, aut Actionis; sed Relationis
referunt, & relativè, sive vi correlati sui nempe meriti Christi, inquit
fertur, justificare dicunt. Nam sola Fidei Relatio, quam ad Christum
eiusque meritum est directa, propter Christum, quem respicit, vim
justi